

# ACTIONVM FORENSIVM PROGYMINAS.

MAT A.

Interpretatio item, complectens universi iuris cognitionem: quidemque vel agendo persequi, vel excipiendo defendere liceat, ex bono & aequo. In Classes septem distinctas, ob commodiorem usum: postremo recognita & locupletata,

Hastings, phi  
bta, manu ve  
a cuj expur  
gatione gnis  
ja.

PER  
D. JOANNEM OLDEN.

DORPIV M. *ad hoc* damnatus

Nihil redius intelligi, & subsistere fori iudicium sine  
actione potest, quam corpus humanum sine capite.

*Este conforme  
et expurgatio et  
anno 1640 pur  
comissione S. I.  
off.*

VIRTVTIBVS DVCIS,



*anno 1640 pur  
comissione S. I.  
off.  
francisco Melchor  
de +*

APVD SEB. GRYPHIVM  
L V G D V N I,  
1551.



*de la Conf de los de la  
y de la libreria*

# S E R E N I S S. A T Q V E P O T E N T I S S.

Principi & Domino, D. Ferdinando, Cæsari inclyto,

Germanie, Bohemie, Vngarieq; Regi, &c.

Archiduci Austriae, Duci Burgundiæ, &c.

Principi optimo maximo, Ioannis

Oldendorpius s. d.



ON una quidem ratione adductus sum in  
cam cogitationem, iniictissime Cæsar, ut  
hasce lucubratiunculas meas Maiestati tuæ  
nuncuparem: inter omnes tamē maxima hæc  
fuit: quod magis studiorum meorum, & præ-  
sertim huius instituti, rationem ubi censem-  
dam ederem, num è Republica uideretur. Siquidem uersatus  
iam aliquot annis in functionibus, non priuatis, tum publicis:  
animaduerti tam uariis autorum, qui praxim juris tractant,  
traditionibus iudiciorum cognitionem conuallis, ut plerum-  
que indices ipsi cum litigatoribus non inueniant litis exitum.  
Vnde cum quædam uelut immortaltas controvèrtendi nascar-  
tur: si, ut non solum res familiaris, & nunquam redditurū tem-  
pus inutiliter consumatur: ne nunquam distrahantur amicitiae,  
succrescant odia, ex litigatoribus paulatim in utriusque fami-  
liam diffusitandem ex lite non ita magna, totius Reipu. tran-  
quillitas disturbetur. Et hoc quidē malū ex eo est genere, quod  
prius sentire quam agnoscere solemus. Vidi ego multos iudi-  
ces minimē malos, nec indoctos, qui nulla re magis se grauari  
deplorabant, quam inconstātia allegationū ex iure, quarū quis-  
que suos autores producebat. Sunt enim multi practicæ scripto-  
res: inter quos Durannus ille Speculator (ut vocant) solet præ-  
cipuus reputari: nec sine magno labore tam opus cōfarcinavit,  
ut interim ex hoc primario viro, reliquos aestimemus omnes.  
Sed in scriptis eius primū methodus desideratur, & iustus or-  
do rerū explicādatur. Deinde simplicitas docēdi: quam adeò nō  
retinet, ut sēpè toto capite aliud faciat nihil, quam opiniones  
recēdere: quas ipse tandem falsas pronūtiat. Ad hæc, si Roffredi

quotidianarum causarum speciebus. Ea profectò senties te ue-  
hementer adiutum. Interim, bone lector, agnosce hunc nostrum  
in ciuili disciplina conatum: quo te, & Rempublicam adiutum  
esse percupimus.

## P R A E F A T I O N E S

Q V A E D A M N E C E S -  
S A R I A E.

Ordo iuris scripti, & non scripti, in Iudi-  
ciis obseruandus.



N T E A Q V A M pterueniamus ad ordines  
clasiū, sunt quædam necessariò tractanda,  
in quibus passim hallucinari solemus.

Primum, uidemus neminem hodie in iudi-  
ciis uersari, quin sciat statim legum, capitulo-  
rumq; Pōtificiorum, & Doctorū allegationes  
magno apparatu congerere. Horum enim copiam suppeditant  
reptitoria ex omniū commentariis collecta. Cæterū, ea que  
primum erant diligentissimè requirenda, propemodū ob oculos  
posita, non uident. Vnde sit sēpe, ut cùm aduocati aut pro-  
curatores, consiliorum uolumina proferunt: aduentarius uno  
aut altero verbo diluat omnia uidelicet, si dicat eiusmodi alle-  
gationes esse iuris Romani: uerū Consuetudinem, uel Statu-  
rum municipale diuersum dictare.

Operæ pretium igitur fore existimani, ut pauca quædam de  
ordine iuris, quæ in iudiciis, tum allegando, tum pronuntiando  
sequi oporteat, præfarer. Qua in re aliquot ponam regulas, do-  
nec exactioris tractationis (d e o uolēte) detur opportunitas.

Requirendum est, an non sit statutū de proposita causa scri-  
ptum, quod in ciuitatibus Municipali, alibi Patrias leges uoca-  
re possumus, uel ius ciuile, uel ius propriū alicuius populi, au-  
tore Caio in Lomnes populi, ff. de insti. & iur. §. ius autē ciuile.  
Insti. de iur. natur. genti. & ciuil. Nam cùm nihil sit inæqua-  
lius locorum circumstantia: non potest ius Romanū æqualiter  
obseruari ubiq;. Quan: ob rem possunt scribi statuta, nō solum  
ut aliquid addatur aut detrahatur legi generali, aut de his,  
quorum nullam mentionem lex facit: uerū etiā contra legem  
generalem Romanorum. Et ideo dicitur in d. l. omnes populi.

25 Et in

# INDEX LOCORVM.

sione ab intestato	561	Officio iudicis	13
<b>Contractibus</b>	<b>479</b>	Officio iudicis, & processu in actione finiū regundorū	472
Culpa	24	Officio iudicis, per quod sepa- ratio bonorū impetratur	902
Distractione pignorum	461	Ordine iuris scripti, & nō scri- pti	9
Dolo	24	Persecutionibus reuocatoriis, & dānorū iniuria datorū	966
Dominiis, & quasi dominiis, & iuribus rerum quarumlibet persequendis	289	Possessione necessaria expli- catio	177
Emphytentica	874	Procuratoribus	711
Executione sententiæ in exhibi- torio & petitorio iudicio	556	Prætorio pignore	463
Exemplum actionis cum in li- bertatem proclamatur	428	Quid mutatum sit circa querē- lam inofficiosi	817
Fructibus, pertinentiis, acces- sionibus, in actionem rei uin- dicationis uenientibus	331	Quid sit, & qualis actio refuso- ria	995
Inofficiosi querela ab aliis qd differat	824	Qui potiores in pignore ha- beantur	464
Interrogatione ante iudicium petitorum facienda	299	Quot modis maleficia in iudi- cium deferti possint	1059
Iure emphyteutico	964	Remedia iuris aduersus coniu- gé, res cōiugis subripiéte	1124
Iure possessiois psequéndo	176	Significatione testamenti ac co- dicilli	803
Legitima parérum, liberorum & transuersalium	825		
Litis contestatione	16		

## INDICVM

FINIS.

**L V G D V N I A P V D S E B.**

**G R Y P H I V M**

N. D. L. I.

E D I T O R I U M

C O M P O S I T I O N I S

